

THE SARUM RITE
Missale Sarisburiense cum nota.

Tome B.

Fasciculus 2.

Pagine {31}-{68}.

Festis Januarius.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.
The Gregorian Institute of Canada.
MMXIX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 1, 2019.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2019.

¶ *Sancti Felicis episcopi et martyris.*

(xiiij. Januarii.)

[*Ad missam.*]¹ *Officium.*



Acerdótes Dei² benedícite Dóminum : sancti et húmiles corde laudáte Deum. Ps. Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sécula. Glória Patri. [105].

Glória in excélsis. 38*. *Et dicitur in omni festo sanctorum extra adventum : et a septuagesima usque ad pascha : preterquam in festo sancte Petronille virginis : cum post octavas sancte Trinitatis et Corporis Christi evenerit : et [nisi]³ in festo Sancti Bertini abbatis : et sancte Tecle virginis : et sancti Romani episcopi et confessoris, in quibus dicitur nocturnus.*

Oratio.

COncéde quésumus omnípotens Deus : ut ad meliórem vitam sancti Felícis martyris tui atque pon- tíficis exémpla nos próvocent : quátinus cuius solénnia celebrámus : étiam actus imitémur. Per Dóminum.

Epistola. Testíficor. *In communi.* [38].

Gradale. Jurávit Dóminus et non penitébit eum : tu es sacérdos in etérnum secúndum órdinem Melchísedech. *V.* Dixit Dóminus Dómino meo : sede a dextris meis. [108].

Alleluya. *V.* Invéni David servum meum : óleo sancto meo unxi eum. [112].

Evangelium. Qui vos audit. *in communi.* [50].

Offertorium. Glória et honóre coronásti eum : et constituísti eum super ópera mánuum tuárum Dómine. [53].

Secreta.

Hostias tibi Dómine beáti Felícis martyris tui atque pontíficis⁴ dicásas méritis benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue perveníre subsídium. Per Dóminum.

Communio. Posuísti Dómine in cápite ejus corónam de lápide precioso. [55].

Postcommunio.

Tua sancta suméntes Dómine
supplíciter deprecámur : ut
beáti Felícis mártiris tui atque | pontíficis,⁵ cuius celebrámus solenni-
tátēm : sentiámus protectiōnem. Per
Dóminum.

[*Rubrica de concurrentia festorum.*]⁶

Cl*Sciendum est quod si aliquod festum trium lectionum vel octave sine regimine chori ab octavis epiphanie usque ad quadragesimam⁷ : et ab octavis pasche usque ad proximam dominicam ante ascensionem Domini : et rursum ab inceptione⁸ Deus ómnium.⁹ usque ad adventum Domini in sabbato contigerit, vel per totius anni spaciū in dominicis sive in jejuniis iij. temporum : vel in vigilia evenerit, nichil fiat ad missam de sanctis¹⁰ : nisi tantum memoria : nisi quando dicitur missa de aliquo sancto, vel octavis in capitulo, unde aliquod proprium habetur : et tunc non dicitur ad missam de die de eis memoria.*

Cl*In sabbato enim solet fieri totum servitum de sancta Maria : nisi festum ix. lectionum vel iij. lectionem cum propriis responsoriis vel laudibus, vel vigilie, vel jejunia iij. temporum, vel octave cum regimine chori impedierint : tunc enim fiat in aliqua feria ipsius ebdomade. In dominicis autem diebus, missa dominicalis cantatur : nisi interim¹¹ festum vel octave cum regimine chori impediāt : tamen si in ipsa dominica nova hystoria inchoanda fuerit : festum si simplex fuerit differatur : et missa de dominica dicitur : nisi sit festum translationis sancti Edmundi episcopi : vel sancti Barnabe apostoli : vel sancti Petri ad vincula : vel decollationis sancti Johannis baptiste : vel aliquod tale festum ix. lectionem quod in crastino non sequatur aliud festum ix. lectiones et si hystoria non fuerit duratura, nisi per unam ebdomadā : et in ipsa ebdomada tot ferie non vacaverit, in quibus possit hystoria percantari : festum differatur, et missa de dominica dicetur. In vigilia¹² vero et quattuor temporibus semper dicatur missa de jejunio : cum moderatione tamen que est supra in vigilia sancti Andree. Quod si festum ix. lectionum ibi evenerit, missa de festo post tertiam dicitur : missa vero de jejunio post sextam : utraque ad principale altare, ita tamen quod dyaconis et subdyaconis sint [in]¹³ albis cum amictibus induiti : absque tunicis vel casulis : ad illam missam scilicet de jejunio. Utantur etiam clericī in choro cappis nigris [ad missam de jejunio],¹⁴ et fiat prostratio post Sanctus.*

Sancti Felicis episcopi et martyris.

more solito, et dicuntur preces feriales, licet duplex festum fuerit ipso die. Excipiuntur tamen quedam festivitates trium lectionum scilicet sanctorum Johannis et Pauli : Ypoliti sociorumque ejus, sancti Bricii episcopi : et undecim milia¹⁵ virginum, secundum antiquum ordinale : qui si in sabbato contigerint, missa de eis dicitur : et missa de commemoratione¹⁶ beate Marie in aliqua feria ipsius ebdomade celebretur. Si vero quedam istarum festivitatum, ut est sanctorum Johannis et Pauli, Ypoliti, et sancti Bricii, in dominica evenerit, [tunc]¹⁷ magna¹⁸ missa de festis dicitur : et missa dominicalis in capitulo, nisi forte ut supradictum est : nova hystoria in ipsa dominica inchoanda fuerit : tunc enim missa de dominica dicetur, et hujusmodi festa in crastinum differentur.

¶ *Sancti Mauri abbatis et confessoris.*

(xv. Januarii.)

[*Ad missam.*]¹⁹ *Officium.*



Ustus ut palma florébit : sicut cedrus Líbani multiplicábitur, plantátis in domo Dómino : in átriis Dóminus Dei nostri. *Ps.* Bonum est confitéri Dómino : et psállere nómine tuo altíssime. [32].

Oratio.

Deus qui eterne glória partícipem
beátum Maurum lévitam atque
abbátem fieri concessísti : concéde
nobis propícios ipso intercedénte ádi-
tum regni celéstis : cujus ad bene
vivéndum informámur exémplis.
[Per].²⁰

Epistola. Justus cor suum. *In communi.* [132].

Gradale. Os justi meditábitur sapiéntiam : et língua ejus loquéntur judícium. *V.*
Lex Dei ejus in corde ipsíus : et non supplantabúntur gressus ejus. [132].

Alleluya. *V.* Amávit eum Dóminus et ornávit eum : stola glórie índuit eum.
[112].

Evangelium. Nemo accéndit lucérnam. *in communi.* [134].

Offertorium. Desidérium ánime ejus tribuísti ei Dómine : et voluntáte labiórum
ejus non fraudásti eum : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precioso. [135].

Secreta.

Cclesie tue Dómine múnera pro-
piciátus sanctífica, et concéde :
ut per hec veneránda commércia :
intercedénte beáto Mauro confessóre
tuo atque abbáte, pane celésti réfici
mereámur. Per.

Communio. Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem
impónes super eum Dómine. [56].

Postcommunio.

SUplices te rogámus omnípotens Deus : ut intercedénte²¹ beáto Mauro confessóre tuo atque | abbáte : et tua in nobis dona multíplices : et témpora nostra dispónas. Per Dóminum.

¶ Sancti Marcellini [pape et]²² martyris.

(xvj. Januarii.)

[Ad missam.]²³ Officium.



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. Ps. Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

Oratio.

PReces pópuli tui quésumus | pontíficis méritis adjuvémur : cuius
Dómine clémenter exáudi : ut | passióne letámur. Per Dóminum.
beáti Marcélli mártiris tui atque |

Epistola. Omnis póntifex. in communi. [57].

Gradale. Invéni David servum meum : óleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. *V.* Nichil proficiet inimícus in eo : et filius iniquitátis non nocébit eum. [109].

Alleluya. V. Elégit te Dóminus sibi in sacerdótem magnum in pópulo suo. [113].

Evangelium. Vigiláte quia nescitis. in communi. [121].

Offertorium. Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

Secreta.

AT nostre salúti múnera obláta | quésumus obtíneat intercéssio salu-
proficiant : sancti Marcélli mártis | táris. Per.
týris tui atque pontíficis Dómine |

Communio. Dómine quinque talénta tradidísti michi : ecce ália quinque superlucrátus sum : euge serve fidélis : quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam : intra in gáudium Dómini tui. [123].

Sancti Marcellini [pape et] martyris.

Postcommunio.

PResta quésumus Dómine : ut
sacraménti tui participatióne
vegetáti : sancti quoque Marcélli
mártiris tui atque pontíficis, précibus
adjuvémur. Per.

¶ *Sancti Sulpicii episcopi et confessoris.*

(xvij. Januarii.)

[*Ad missam.*]²⁴ *Officium.*



Acerdótes Dei benedícite Dóminum : sancti et húmiles corde laudáte Deum. *Ps.* Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sécula. [105].

Oratio.

Da quésumus omnípotens Deus :
ut qui beáti Sulpíci confessóris
tui atque pontíficis depositiónem có-

limus : ejus apud te intercessiónibus
adjuvémur. Per.

Epistola. Justum dedúxit. *in communi.* [107].

Gradale. Ecce sacérdos magnus qui in diébus suis plácuit Deo. *V.* Non est invéntus símilis illi : qui conserváret legem excélsi. [107].

Alleluya. *V.* Pósui adjutórium super poténtem : et exaltávi eléctum de plebe mea. [133].

Evangelium. Homo quidam péregre. *in communi.* [120].

Offertorium. Invéni David servum meum : et in óleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. [122].

Secreta.

SUpplacatióibus nostris tibi
Dómine grata páriter exístat
oblátio : quam pro sancti Sulpíci
confessóris tui atque pontíficis com-

memoratióne deférimus : atque indul-
géntiam nobis ejus suffrágii largiáris.
Per.

Communio. Fidélis servus et prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam : ut det illis in témpore trítici mensúram. [124].

Postcommunio.

PRestent nobis Dómine tua
sancta presídium : que inter-
ventiónibus beáti Sulpíci confessóris | tui atque pontíficis et méritis : nos ab
ómnibus absólvant ²⁵ peccátis. Per
Dóminum.

¶ Sancte Prisce virginis et martyris.

(xviiij. Januarii.)

[Ad missam.]²⁶ Officium.



Oquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar : et meditábar in mandátis tuis que diléxi nimis. Ps. Beáti immaculáti in via : qui ámbulant in lege Dómini. [146].

Oratio.

DA quésimus omnípotens Deus : | ánnua solennítate letémur : et tante
ut qui beáte Prisce vírginis et | fidei proficiámus exémplo. Per
mártiris tue natalícia cólimus : et | Dóminum nostrum.

Epiſtola. Dómine Deus meus. *in communi.* [147].

Gradale. Spécie tua et pulchritúdine tua : inténde próspere procéde et regna. *V.*
Propter veritátem et mansuetúdinem et justícam : et dedúcet te mirabíliter déxtera
tua. [149].

Alleluya. *V.* Spécie tua et pulchritúdine tua : inténde próspere procéde et regna.
[152].

Evangelium. Símile est regnum celórum thesáuro. *in communi.* [158].

Offertorium. Fílie regum in honóre tuo : ástitit regína a dextris tuis in véstitu
deauráto circúndata varietáte. [158].

Secreta.

MUnera nostra quésimus Dó- | tue et mártiris : ómnium nostrum
mine gratánter assúme : et per | corda ad cultum vere religiónis con-
interventiónem²⁷ beáte Prisce vírginis | vérte. Per.

Communio. Feci judícium et justícam : Dómine non calumniéntur michi
supérbi, ad ómnia mandáta tua dirigébat : omnem viam iniquitátis ódio hábui.
[162].

Postcommunio.

Adjuvent nos Dómine quésumus
et hec mystéria sancta que
súmpsimus : et beáte Prisce vírginis | tue et mártiris intercéssio veneránta.
Per.

Cl Si festum alicujus sancti ix. lectiones ab octavis epyphanie usque ad septuagesimam : et ab octavis pasche usque ad penthecostes : et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini, in dominica contigerit : fiat servitium de ipso sancto. Processio etiam in ipsa dominica : fiat de sancto cum ix. responsoriis [de]²⁸ communis hystoria vel cum aliquo R̄. de hystoria ipsius si propria habeatur. In redeundo : scilicet in introitu chori, dicitur aliqua antiphona vel R̄. de sancta Maria cum V. et oratione que tempori convenient. Tamen si fuerit majus duplex alicujus sancti : tunc in eundo et redeundo, fiat totum de sancto. Dominica vero infra octavas et in octava assumptionis et nativitatis beate Marie, si dominica fuerit : in eundo de sancta Maria dicitur, in introitu chori de omnibus sanctis. Salvátor mundi. V. Letámini in Dómino. Oratio. Infirmitátem nostram. Quando vero ant. Salvátor. dicitur ad primas vesperas : tunc ad processionem ante missam dicitur ant. Te gloriósus. cum predictis V. et oratione de omnibus sanctis.²⁹

¶ *Sancti Wulstani episcopi et confessoris.*

(xix. *Januarii.*)

[*Ad missam.*]³⁰ *Officium.*



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

Oratio.

Spiritum nobis Dómine tue caritatis infúnde : ut intercedénte beáto Wulstáno confessóre tuo atque pontífice : tuam mereámur

dulcédinem in etérrna felicitáte gustáre. Per Dóminum. In unitáte ejúdem.

Epistola. Ecce sacérdos magnus qui in diébus. *in communi.* [106].

Gradale. Dómine prevenísti eum in benedictiónibus dulcéinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precioso. *V.* Vitam pétuit et tribuísti ei longítudinem diérum in séculum séculi. [110].

Alleluya. *V.* Invéni David servum meum : óleo sancto meo unxi eum. [112].

Sequentia de communi. [115].

Evangelium. Homo quidam pérégre. *in communi.* [120].

Offertorium. Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

Secreta.

Suscipe quésumus Dómine súpplicis famílie tue munus oblátum : et quod rea speráre non

audet consciéntia : intercedénte beáto Wulstáno tua nobis largiátur indulgéntia. Per.

Communio. Beátus servus quem cum vénerit Dóminus, invénerit vigilántem : amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum. [124].

Sancti Wulstani episcopi et confessoris.

Postcommunio.

SAlutáris tui Dómine mistério
satiáti, súpplices implorámus
cleméntiam tuam : ut pro nobis ejus | non desit orátiō : cujus non donásti
gubernári patrocínio. Per Dóminum.

¶ *Sanctorum Fabiani et Sebastiani martyrum.*

(xx. Januarii.)

Ad missam. Officium.



Ntret in conspéctu tuo Dómine gémitus compeditórum : redde vicínis séptuplum in sinu eórum, víndica ságuinem sanctórum tuórum qui effúsus est. *Ps.* Deus venérunt gentes in hereditátem tuam : polluérunt templum sanctum tuum, posuérunt Hierúsalem in pomórum custódiam. [60].

Oratio.

Deus qui beátos mártires tuos Fabiánum et Sebastiánum virtúte constántie in passióne roborásti : ex eórum nobis imitatióne tríbue pro amóre tuo próspera mundi despícere : et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

Epistola. Sancti per fidem. *in communi.* [66].

Gradale. Gloriósus Deus in sanctis : mirábilis in majestáte fáciens prodígia. *V.* Déxtera tua Dómine glorificáta est in virtúte : déxtera manus tua confrégit inimícum. [69].

Allelúya. *V.* Sancti tui Dómine benedícent te : glóriam regni tui dicent. [76].

C Si hoc festum ante lxx. evenerit : dicitur sequentia de communi. [81]. Si vero infra : [tunc]³¹ non dicitur Allelúya. nec sequentia : sed tractus, quod in omnibus festis ix. lectionum observetur, usque ad passionem Domini. In festis vero sine regimine chori : nunquam dicitur tractus sed gradale repetatur. In festis autem duplicis tam infra passionem quam extra,³² dicitur tractus : nisi in festis purificationis et annunicationis beate Marie : et dedicationis.

Tractus. Qui séminant in láchrymis : in gáudio metent. *V.* Eúntes ibant et flebant mitténtes sémina sua. *V.* Veniéntes autem vénient cum exultatióne : portántes manípulos suos. [80].

Sanctorum Fabiani et Sebastiani martyrum.

Evangelium. Descéndens Jesus de monte. *in communi.* [86].

Offertorium. Letámini in Dómino et exultáte justi : et gloriámini omnes recti corde. [92].

Secreta.

Accépta sit in conspéctu tuo
quésumus Dómine nostre devo-
tiónis oblátio : et eórum nobis fiat
supplicátióne salutáris : pro quorum
passióne defértur. Per.

Communio. Multitúdo languéntium, et qui vexabántur a spirítibus immúndis
veniébant ad eum : quia virtus de illo exíbat et sanábait omnes. [95].

Postcommunio.

SAcramentórum tuórum Dómi-
ne benedictióne sátiati : et bea-
tórum mártirum tuórum Fabiáni et
Sebastiáni gloriósa confessióne muní-
ti, te supplíciter exorámus : ut per hec
eádem a cunctis vítiis emundémur.
Per Dóminum.

¶ Sancte Agnetis virginis et martyris.

(xxj. Januarii.)

[Ad missam.]³³ Officium.



E expectavérunt peccatóres, ut pérderent me : testimónia tua Dómine intelléxi, omnis consummatiōnis vidi finem : latum mandátum tuum nimis. Ps. Beáti immaculáti in via : qui ámbulant in lege Dómini. [146].

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus : qui infirma mundi elígis, ut fórtia queque confúndas : concéde propícius : ut qui beáte Agnétis mártiris tue solénnia cólimus : ejus apud te patrocínia sentiámus. Per.

Epistola. Confitébor. in communi. [147].

Gradale. Diffusa est grátia in lábiis tuis : propterea benedíxit te Deus in etérnum. *V.* Propter veritátem et mansuetúdinem et justícam : et dedúcet te mirabíliter déxtera tua. [150].

Alleluya. V. Veni elécta mea et ponam te in thronum meum : quia concupívit rex spéciem tuam. [151].

Sequentia. Exultémus. in communi. [156].

Si infra lxx. Tractus. Diffusa est grátia in lábiis tuis propterea benedíxit te Deus in etérnum. *V.* Spécie tua et pulchritúdine tua inténde próspero procéde et regna. *V.* Propter veritátem et mansuetúdinem et justícam : ed dedúcet te mirabíliter déxtera tua. *V.* Audi filia et vide et inclína aurem tuam : quia concupivit rex spéciem tuam. [154].

Evangelium. Símile est regnum celórum thesáuro. *in communi. [158].*

Offertorium. Offeréntur regi vírgines post eam : próxime ejus offeréntur tibi in letícia et exultatiōne : adducéntur in templum regi Dómino. [major.]³⁴ [159].

Sancte Agnetis virginis et martyris.

Secreta.

Suscipe quésimus Dómine sacrificium, cuius te voluísti dignánter immolatióne placári, et presta : ut intercedénte beáta Agnéte vírgine tua et mártyre, hujus operatióne mundáti³⁵ : beneplácitum tibi nostre mentis servítium offerámus. Per Dóminum.

Communio. Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus : média autem nocte clamor factus est ecce sponsus venit, éxite óbviam Christo Dómino. [163].

Postcommunio.

DIvino refécti libámine quésimus Dómine Deus noster : ut intercedénte beáta Agnéte vírgine tua et mártyre : preséntis nobis vite subsídium, et etérne tríbuas reperíre letíciam. Per Dóminum nostrum.

¶ Sancti Vincentii martyris.

(xxij. Januarii.)

[Ad missam.]³⁶ Officium.



Etábitur justus in Dómino, et sperábit in eo : et laudabúntur omnes recti corde. Ps. Exáudi Deus oratióne meam cum déprecor : a timóre inimíci éripe ámimam meam. [35].

Oratio.

Adéstō Dómine supplicatióibus nostris : ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognósrimus :

beáti Vincéntii mártiris tui intercessióne liberémur. Per.

Epiſtola. Beátus vir qui in sapiéntia. *in communi.* [37].

Gradale. Posuísti Dómine super caput ejus : coróna de lápide precioso. *V.* Desidérium ánime ejus tribuísti ei : et voluntáte labiórū ejus non fraudásti eum. [39].

Alleluya. *V.* Letábitur justus in Dómino et sperábit in eo : et laudabúntur omnes recti corde. [43].

1508-S:431; 1513-S:8r.³⁷

Seq. VIII.

a.

To-la jo-cun-di-tá-tis * al-le- lú-ya. Indu- it

b¹.


hó-di- e Dómi-nus, mí-li-tem su-um Vincénti- um.

b².


Só-li-to plaudat a-lácri- us, cónci- o le-ta fi-dé-li- um.

ah54061.


Sancti Vincenti martyris.




Hó-di- e martyr insígnis : hósti- am De-o pla-céntem óbtu-lit.



Hó-di- e torméntum ignis grá-vi-ter ex-ami-ná-tus pértu-lit.




Animá-tus ad certá-men : mó-ni-tu be-á-ti se-nis.



Gra-víssimis non re-fú- git, exhí-be-re membra pe-nis.




Ante du-cem accérsi-tur : et de fi-de conve-ní-tur



commú-nis ecclé-si- e. Sed non ce-dit blandiméntis :



emól-li- tur aut torméntis, e-jus perti-ná-ci- e. Il-



lú-di-tur Da-ci- á-nus : dum sústi-net martyr sa- nus, pe-ná-

Sancti Vincenti martyris.

f².

rum an-gústi- as. Dat mi-níster ca-ri-tá- tis : hósti-bus ex-

g¹.

u-pe-rá- tis, gra-ti- á-rum có-pi- as. Fu-rit í-gi-tur

g².

pre-féc- tus : et pa-rá-tur ardens lec-tus : insultántis víscera,

b¹.

cra-tes u-rit ás-pe-ra. Su-dat martyr in a-gó- ne : spe mer-

b².

cé-dis et co-ró-ne : que da-tur fi-dé-li-bus, pro Christo

i¹.

certán-ti-bus. De cu- jus mi-lí-ti- a : ce-li gaudet cú-ri- a.

i².

Qui- a vi- cit hó-di- e : mi-nístros ne-quí-ti- e. Ut hunc

ergo per patró-num : conse-quámur vi-te donum. In il-lí-

Sancti Vincenti martyris.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff ends with a fermata over the last note, followed by a repeat sign and a new staff. The second staff begins with a fermata over the first note, followed by a sharp sign (k.) above the staff. The lyrics are written below the staves:

us di- e fes-to : cho-rus nos-ter le-tus esto. Jo-cúndum
in ecclé-si- a. Dé-cantans al- le- lú- ya.

Si infra lxx. evenerit. Tractus. Desidérium áime ejus tribuísti ei : et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. *¶* Quóniam prevenísti eum in benedictióne³⁸ dulcéedinis. *¶* Posuísti Dómine super caput ejus coróna de lápide precioso. [48].

Evangelium. Nisi granum fruménti. *in communi.* [49].

Offertorium. Glória et honóre coronásti eum : et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. [53].

Secreta.

Gloriosi mártiris tui Vincéntii Dómine quésumus interventi- óne hóstiam quam offérimus tibi | placátam : éffice et accéptam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Communio. Qui vult venire post me : ábneget semetípsum et tollat crucem suam et sequátur me. [54].

Postcommunio.

Leáti Vincéntii mártiris tui Dómine suffrágiis exorátus : | virtúte defénde. Per Dóminum nostrum.

In conversione sancti Pauli.

¶ In conversione sancti Pauli.

(xxv. Januarii.)

[Ad missam.]³⁹

GS:177, pl. h; 1508-S:374; 1513-S:8v.⁴⁰

Offic.

VII.



The musical notation consists of six staves of Gregorian chant in black square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large 'Y' (decorative initial). The lyrics are written below each staff. The music is in common time, with a mix of simple and complex neumes, including some with dots and dashes.

E-té-mur om-nes * in Dómi-no, ho-di-ér-
num di-em so-lénni-ter ce-le-brán-tes : in quo be-á-
tus Pau-lus conver-si-ó-ne su-a pre-sén-tem
mun-dum de-co-rá-vit. Ps. De il-lustra-ti-óne sanc-
te pre-di-cá-ti-ó-nis : et de conversi-óne be-á-ti Pau-li.
Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o.

Oratio.

Deus qui univérsum mundum,
beáti Pauli apóstoli tui predi-
catiόne docuísti : da nobis quésumus,
ut qui ejus hódie conversiónem
cólimus : per ejus ad te exémpla
gradiámur. Per.

Memoria de sancto Prejecto martyre.

Oratio.

Sancti Prejecti martyris tui nos
quésumus Dómine intervéntio
gloriósa comméndet : ut quod nostris

áctibus⁴¹ non merémur : ejus précibus
assequámur. Per Dómnum nostrum.

¶ *Lectio Actuum apostolorum. ix. [1-2a.]*

IN diébus illis. Saulus adhuc spi-
rans minárum et cedis in discí-
pulos Dómini : accéssit ad príncipem
sacerdótum : et pétit ab eo epístolas
in Damásco ad synagógas : ut si
quos invenísset⁴² hujus vie viros ac
mulieres, vinctos perdiúceret in Hier-
úsalem. Et cum iter fáceret : cón-
tigit ut appropinquáret Damásco. Et
súbito circunfúlsit eum lux de celo :
et cadens in terram audívit vocem
dicéntem sibi, Saule, Saule : quid me
perséqueris ? Qui dixit, Quis es
Dómine ? Et ille, Ego sum Jesus
quem tu perséqueris. Durum est tibi
contra stímulum calcitráre. Et tre-
mens ac stupens dixit, Dómine : quid
me vis fáccere ? Et Dóminus ad illum,
Surge et ingrédere civitátem : et ibi
dicéatur tibi quid te opórteat fáccere.
Viri autem illi qui comitabántur :
cum illo stabant stupefacti : audiéntes
quidem vocem : néminem autem
vidéntes. Surréxit autem Saulus de
terra : apertisque óculis, nichil
vidébat. Ad manus autem illum tra-
héntes : introduxérunt Damásco.

Et erat ibi tribus diébus non videns :
et non manducávit neque babit. Erat
autem quidam discípulus Damásci :
nómine Ananías. Et dixit ad illum in
visu Dóminus, Ananía. At ille ait,
Ecce ego Dómine. Et Dóminus ad
eum, Surge : et vade in vicum qui
vocátur Rectus : et quere in domo
Jude Saulum nómine Tharsénsem :
ecce enim orat. Et vedit virum Ana-
níam nómine : introeúntem et im-
ponéntem sibi manus : ut visum
recípiat. Respóndit autem Ananías,
Dómine audívi a multis de viro hoc,
quanta mala fécerit sanctis tuis in
Hierúsalem : et hic habet potestátem
a princípibus sacerdótum alligándi
omnes qui ínvocant nomen tuum.
Dixit autem ad eum Dóminus, Vade :
quóniam vas electiónis michi est iste :
ut portet nomen meum coram gén-
tibus, et regibus, et filiis Israel. Ego
enim osténdam illi, quanta opórteat
eum pro nómine meo pati. Et ábiit
Ananías, et introívit in domum : et
impónens ei manus dixit, Saule frater,
Dóminus misit me Jesus : qui ap-

In conversione sancti Pauli.

páruit tibi in via qua veniébas : ut vídeas et impleáris Spíritu Sancto. Et conféstim cecidérunt ab óculis ejus tamquam squame, et visum recépit. Et surgens baptizátus est : et cum accepísset cibum, confortátus est. Fuit autem cum discípulis qui erant Damásci per dies áliquot. Et contínuo in synagógis predicábatur Jesum : quóniam hic est Fílius Dei. Stu-

pébant autem omnes qui eum audi-ébant : et dicébant, Nonne hic est qui expugnábat in Hierúsalem, eos qui invocábant nomen istud : et huc ad hoc venit : ut vinctos illos dúceret ad príncipes sacerdótum ? Saulus autem multo magis convalescébat : et confundébat Judéos qui habitábant Damásci, affirmans quóniam hic est Christus.

GS:178; pl. h.; 1508-S:374; 1513-S:9r.⁴³

Grad.
V.

Ui ope-rá-tus est * Pe-tro in a-po-sto-lá-tum : ope-rá-tus est et mi-chi inter gen-tes : et cogno-vé-runt grá-ti-am De-i, que da-ta est mi-chi.

V. Gra-ti-a De- i in me

In conversione sancti Pauli.

Musical notation for the first part of the hymn. The music consists of two staves of square neumes on four-line staff lines. The lyrics are:

vá-cu- a non fu- it : sed grá- ti- a e- jus
semper in me ma- net.

GS:178, 189; 1508-S:375; 1513-S:9r.⁴⁴

Musical notation for the second part of the hymn. The music consists of three staves of square neumes on four-line staff lines. The lyrics are:

Alle. I. L- le- lú- ya. *

V. Mag- nus sanctus Pau- lus vas

e- lec- ti- ó- nis : ve-re

dig- ne est * glo- ri- fi- cándus.

In conversione sancti Pauli.

1508-S:375; 1513-S:9r.⁴⁵

Seq.
VIII.

O-lénni-tas sancti Pauli * de-vó-te est re-co-lénda.

Quem Dómi-nus tanta di-tá-vit grá-ti- a. Ut doctor génti-

um : ab omni vo-cé-tur ecclé-si- a. Agnus de lupo : de per-

se-cu-tó-re e-van-ge-lísta. Mu-tá-ta sunt ópe-ra : mu-tántur

et ónoma, Paulus nomi-ná-tur : qui Saulus ante dictus fú-

e-rat. Insti-gá-tus fú-ri- a, di-rum vi-rus efflá-bat stra-ge se-

víssima membra Chris-ti sé-vi- ens torqué-bat. Lux ethé-

ah53205.

In conversione sancti Pauli.

The musical score consists of six staves of square neumes on a four-line staff system. The voices are labeled with letters above the staves:

- Staff 1: e².
- Staff 2: f¹.
- Staff 3: f².
- Staff 4: g¹.
- Staff 5: i¹.
- Staff 6: i².

The lyrics are as follows:

re-a : quem circumfúlgens vi-su pri-vat. Spi-ri-tu- á-lem sed
e- i intú- i-tum do-nat. Co-láphi-zat e- um, ne su-pérbi- at.
Sternit e- um sed ru- éntem ré-le-vat. De-jéctum ícre-pat.
Incre-pans émendat. Fí-de- i doctrí-nam comméndat. De-fen-
só-rem ecclé-si- e, órdi-nat. Impugná-tor qui pri- us extí-
te-rat. Secré-ta mýsti-ca. Cre-dénti ré-ve-lat. Que hómi-
ni loqui non li-cé-bat. Pri- us sy-na-gó-ga quem e-du-cá-
ve-rat. Póstmodum le-tá-tur ma-ter ecclé-si- a. Mys-té-


In conversione sancti Pauli.



ri-a. Que nó-ve-rat. Per to-tum i-ens orbem pré-di-cat.




Ve-nit Romam : De-um u-num annúnci-at. Ne-ro résti-tit :



qui co-lé-bat í-do-la. Mor-te di-ra, Il-lum ne-cat. Mundo



ex-éemptum, mit-tit ad astra. Quo nos De-us mi-se-réndo




perdú-cat. Ad-jú-tos pre-ce Pauli sancta, al-le-lú-ya.

Vel [si infra lxx. evenerit].⁴⁶


GS:178; 1508-S:376; 1513-S:9r.⁴⁷

Tract.

II.



U es vas * e-lecti- ó- nis sancte Paule-



a-pós-to-le : ve-re dig-ne es glo-ri-fi-cán-

In conversione sancti Pauli.

dus. *V.* Pre-di-cá-tor ve-ri-tá-tis
 et doctor gén- ti-um in fi-
 de et ve-ri-tá-te. *V.* Per te
 omnes gen- tes cogno-vé- runt grá- ti- am
 De- i. *V.* Inter-cé-de
 pro no- bis ad De- um qui te e-lé-
 git.

Secundum Mattheum. xix. [27-29.]

IN illo tempore. Dixit Symon Petrus ad Jesum, Ecce nos relíquimus ómnia : et secúti sumus te. Quid ergo erit nobis ? Jesus autem dixit illis, Amen amen dico vobis :

quod vos qui secúti estis me in regeneratióne cum séderit Fílius hóminis in sede majestatis sue : se-débitis et vos super sedes duódecim : judicántes duódecim tribus Israel. Et

In conversione sancti Pauli.

omnis qui relíquerit domum vel
fratres aut soróres, aut patrem, aut
matrem, aut uxórem, aut filios, aut

agros propter nomen meum : cénu-
tuplum accípiet, et vitam etérnam
possidébit.

Credo. 20.

Offertorium. Michi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : nimis
confortátus est principátus eórum. [22].

Secreta.

Préati Pauli apóstoli tui précibus
quésumus Dómine plebis tue
dona sanctífica : ut que tibi grata tuo

sunt institúto, gratióra fiant ejus⁴⁸
patrocínio supplicántis. Per Dó-
minum.

C Alia secreta de sancto Prejecto.

Suscipe Dómine propítius orati-
ónem nostram cum oblati-
ónibus hostiárum superimpósitis, et

béati Prejécti mártiris tui depre-
catiōne pietáti tue pérfice benígnus
accéptas. [Per.]⁴⁹

Prefatio. Et te Dómine. 1165.

GS:179; 1508-S:377; 1513-S:9v.⁵⁰

Comm.

I.

A

- men di-co vo- bis : quod vos qui re-li-

quístis ómni- a et se-cú-ti es- tis me : céntu-plum ac-

ci-pi- é- tis, et vi-tam e-tér- nam pos-si-dé-bi- tis.

In conversione sancti Pauli.

Postcommunio.

SAlutári refécti mistério quésumus omnípotens Deus : ut qui hunc diem in beáti Pauli apóstoli tui⁵¹ conversióne honorábilem habéri voluísti : nos quoque convérsos a vítiis : in tua semper fáciás servítúte gratulári. Per.

C *Alia Postcommunio de sancto Prejecto.*

DA nobis quésumus Dómine Deus noster : ut sicut beáti Prejécti mártiris tui solennitáte presénti gratulámur mistério : ita perpétuo letémur aspéctu. Per Dóminum nostrum.

Sancti Juliani episcopi [et confessoris].

¶ *Sancti Juliani episcopi [et confessoris]*.⁵²

(xxvij. Januarii.)

[*Ad missam.*]⁵³ *Officium.*



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

Oratio.

Deus qui ecclésie tue béatum Juliánum miráabilem tribuísti doctórem : concéde propítius ut hunc

apud te pium⁵⁴ semper mereámur habére intercessórem. Per Dóminum.

Epistola. Dedit Dóminus. *In communi.* [127].

Gradale. Ecce sacérdos magnus qui in diébus suis plácuit Deo. *V.* Non est invéntus símilis illi : qui conserváret legem excélsi. [107].

Allelúya. *V.* Amávit eum Dóminus et ornávit eum : stola glórie índuit eum. [112].

[*Si hoc festum vel aliud iij. lectiones infra seputagesimam usque ad caput jejunii evenerit : non dicitur Allelúya. post epistola : nec Tractus sed Gradale cum suo V. tantum ita tamen quod idem Gradale post suum V. repetatur.*]⁵⁵

Evangelium. Vigiláte quia nescitis. *in communi.* [121].

Offertorium. Invéni David servum meum : et in óleo sancto unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. [122].

Secreta.

Respice Dómine quésumus super hec⁵⁶ que tibi offérimus : et beáti pontíficis Juliáni mentis : ab

ómnibus nos éxue peccátis. Per Dóminum.

Communio. Beátus servus quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem : amen dico vobis super ómnia bona sua constituet eum. [124].

Sancti Juliani episcopi [et confessoris].

Postcommunio.

DIvínis Dómine repléti sacra-
méntis : súpplices deprecámur :
ut beáti pontíficis Juliáni méritis, nos
dignos fáciás celéstibus institútis. Per
Dóminum.

¶ Sancte Agnetis secundo.

(xxvij. Januarii.)
[Ad missam.]⁵⁷ Officium.

V Ultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis : adducéntur regi vírgenes post eam : próxime ejus adducéntur tibi in letícia et exultatióne. Ps. Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea regi. [173].

Oratio.

DEUS qui nos ánnua beáte Agnétis mártiris tue solennitáte letíficas : da ut quam venerámur officio : étiam pie conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

Epistola. Qui gloriáatur. in communi. [166].

Gradale. Spécie tua et pulchritúdine tua : inténde próspero procéde et regna. ¶ Propter veritátem et mansuetúdinem et justiciam : ed dedúcet te mirabíliter déxtera tua. [149].

Alleluya. ¶ Hec est virgo sápiens : quam Dóminus vigilántem invénit. [153].

¶ Si hoc festum vel aliquid festum iij. lectionum infra lxx. usque ad caput jejunii evenerit : non dicitur Alleluya. post epistola : nec tractus sed gradale cum suo ¶ tantum.⁵⁸

Evangelium. Símile est regnum celórum decem. in communi. [171].

Offertorium. Offeréntur regi vírgenes post eam : próxime ejus offeréntur tibi. [minor.]⁵⁹ [159].

Secreta.

GRATA tibi sint quésumus Dómine múnera nostra : quibus sancte Agnétis vírginis tue et mártiris :

Communio. Simile est regnum celórum hómini negotiatóri querénti bonas

Sancte Agnetis secundo.

margarítas : invénta una preciosa margarita : dedit ómnia⁶⁰ sua, et comparávit eam. [162].

Postcommunio.

Sumpta quésumus Dómine
sancta mystéria nos intérius
exteriúsque consérvent : et interce-
dente beáta Agnête mártyre tua,⁶¹
preséntem nobis cónferant clemén-
tiam et etérnam. Per Dóminum.

¶ Sancte Batildis regine.⁶²

(xxx. Januarii.)

[Ad missam.]⁶³ Officium.



Ilexisti justiciam et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus Deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ps. Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. [165].

Oratio.

BÉATE Batildis natalicia veneranda
Dómine quésumus ecclésia tua
devota suscipiat : et fiat magne glori-

ficationis amore devotior : et tante
dei proficiat exémplo. Per Dóminum.

Epistola. Sapiéntia vincit. *in communi.* [166].

Gradale. Dilexisti justiciam et odisti iniquitatem. *V.* Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo leticie. [166].

Alleluya. *V.* Diffusa est grátia in lábiis tuis : propterea benedíxit te Deus in etérnum. [167].

Evangelium. Símile est regnum celorum thesáuro. *in communi.* [158].

Offertorium. Offeréntur regi vírgines post eam : próxime ejus offeréntur tibi in leticia et exultatióne adducéntur in templum regi Dómino. [major.]⁶⁴ [171].

Secreta.

AT hec múnera Dómine tibi
accépta sint sancte Batildis ob-
tíneant mérita : que seípsam tibi hós-

tiam vivam : sanctam et beneplacén-
tem exhibuit. Per Dóminum.

Communio. Diffusa est grátia in lábiis tuis : propterea benedíxit te Deus in etérnum. [172].

Postcommunio.

REfécti alimónia celésti omní-
potens Pater quésumus pietá-

tem tuam : ut intercéssione sancte
Batildis, misericordie tue grátiam

Sancte Batildis regine.

cónsequi mereámur. Per.

Conuersio

Cōuersio
sācti Pauli.

YEtemur omnes in domi no hodie nū di em
solepniter cele brantes in quo beatus pau lus
conuersione sua presen tem mun dum de co
ravit. ps. De illustratione sācte predicationis; et de cōuersione
be ati pau li. O lozia patri et filio. Gy.

Qui operatus est pe tro in apostolatū
operatus est et michi inter gentes et cognos
uerunt gra ci am de i que data est mi chi
v. Gratia de
i in me vacua non fu it sed gra
ci a e ius semper in me manet.

[1508-S:374.]

Notes.

Notes, pages {31}-{68}.

¹ Dickinson:674.

² 'Sacerdótes tui', 1508-S:372.

³ 1508-S:372.

⁴ 'atque pontíficis', 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:675.

⁵ 'atque pontíficis', 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:675.

⁶ Dickinson:675.

⁷ 'lxx.', Legg, *The Sarum Missal*:238. 'quinquagesimam.--94. 97.', Dickinson:675.

⁸ 'hystorie', Legg, *The Sarum Missal*:238.

⁹ For 'ab inceptione Deus ómnium.', 'a festo sancte Trinitatis.--94. 97. 98.', Dickinson:675.

¹⁰ 'de festo seu sancto', 1508-S:372.

¹¹ 'ita 15. &c. iterum.--4L. 8RM.', Dickinson:676. 'iterum', Legg, *The Sarum Missal*:238.

¹² 'vigiliis', Dickinson:676.

¹³ 1508-S:373.

¹⁴ 1508-S:373.

¹⁵ 'milium.--92. 97. 15. 26.', Dickinson:677.

¹⁶ 'conceptione.--92. 98. 4L. 15. 57.', Dickinson:677.

¹⁷ 1508-S:373.

¹⁸ 'magna' 'non habent 92. 98. 4L. 57.', Dickinson:677.

¹⁹ Dickinson:677.

²⁰ Dickinson:677.

²¹ 'interveniénte.--92. 94.', Dickinson:678.

²² 1508-S:373. In 1508-S:373. the first two letter of 'pape' are erased.

²³ Dickinson:678.

²⁴ Dickinson:679.

²⁵ For 'ab ómnibus absolvant', 'absolvant a.--92. 94. 98. 4L. 57.', Dickinson:680.

²⁶ Dickinson:680.

²⁷ 'intercessiónem.--97.', Dickinson:681.

²⁸ 1508-S:373.

²⁹ For 'Processio etiam . . . de omnibus sanctis.', 'cetera notantur In die sancti Angree.--92. 98. 4L. 15.

³⁰ 57.', Dickinson:681. 'Processio etiam in ipsa dominica fiet de sancto cum ix. R̄. de bistroia ipsius sancti si propria habeatur.', 1508-S:373.

'Antiphonae sic habentur in Processionalibus.

Salvator mundi mundi ; salva nos omnes ; sancta Dei genetris, virgo semper Maria, ora pro nobis, precibus quoque sanctorum apostolorum, martyrum, et confessorum, atque sanctorum virginum, suppliciter petimus, ut a malis omnibus eruamur, bonisque omnibus nunc et sempe perfrui mereamur. X. Laetamini in Domino et exultate justi.

Infirmitatem nostram quaesumus, Domine, propitius respice, et omnia mala quae juste meremur, omnium sanctorum tuorum intercessione averte. Per Dominum.

Notes.

Te gloriosus apostolorum chorus, te prophetarum laudabilis numerus, te martyrum candidatus, laudat exercitus. Te omnes electi voce confitentur unanimes, Beata Trinitas, unus Deus.', Dickinson:681.

³⁰ Dickinson:682.

³¹ 1508-S:373.

³² 'quod ante', 1508-S:373.

³³ 1508-S:373.


³⁴ 1508-S:373.

³⁵ 'mandáti', 1513-S:8r. Dickinson:686. has 'múndáti' with the note 'mandáti.--94. 97. 13. 15. 26.

57.'

³⁶ 1508-S:373.

³⁷ The music appears in 1508-S:431. at the Feast of S. Laurence. The text variants for St. Vincent appear in a smaller font directly above the text for St. Martin. d^2 . has a melodic variant : 'Gravíssimis' is set G.A.G.G. In 1508-S:431. at d^2 . 'exhibere' is set E.F.G.G; in Arsenal:255r. it is set F.E.F.G; here the edition follows Rylands-24:493. In 1508-S:431 at e^1 . 'ecclésie' appears a third lower. In e^2 . 1508-S:431. 1527. and 1513. have 'hanc torméntis'. In 1508-S:431. at f^2 . 'exuperátis' is set D.E.C.DCD.D. The edition follows Rylands-24:493. and Arsenal:255r. here. 1513-S:8r. has no break at l. Décantans. The break appears in 1508-S:431. and in 1513-S:47r. (Feast of St. Laurence). In 1508-S:431. at l. 'allelúya' is set thus:



al- le- lú- ya.

The edition follows Arsenal:255r. and Rylands-24:493. here.

³⁸ 'benedictiónibus', 1526-S:8r.

³⁹ Dickinson:688.

⁴⁰ In 1508-S:374. 'in Dómino' is set BD DDC.DEDE.ED; 'solémpniter' is set A.D.CC.C; 'sua' comes in one noter earlier and is set C.CDCBB. GS:177. has 'celebrémus'. 'predestinátioñis.--94.', Dickinson:688. The 'Glória Patri' is omitted in GS:177. and pl. h.

⁴¹ 'méritis.--92. 98.', Dickinson:688.

⁴² 'inveníret.--97. 15. 26. 57.', Dickinson:689.

⁴³ In 1508-S:374. the second 'operátus' is set FGA.C.C.DCCBA. 1508-S:374. has no flat at the first 'michi'. In GS:178. the second 'operátus' would have a flat in accordance with the beginning of the line. GS. pl. h. ends at 'gentes'. In 1508-S:374. 'Dei' is set CCDCED.CCBABA; GS:178. is ambiguous. The natural at 'Dei' appears in Rylands-24:325. 1508-S:374. has no flats at 'data est michi.' The natural at 'me' is indicated in Rylands-24:325. 1508-S:374. has no flat at 'grátia ejus' or at 'manet'. GS:178. omits the last 8 notes.

Notes.

⁴⁴ 1508-S:375. has no flats. In 1508-S:375. the jubilus appears thus:




The same pattern appears in the final melisma. In 1508-S:375. 'electiónis' is set CD.F.FGAAGFFED.DCDED.CDE.D. In 1508-S:375. the second syllable of 'Paulus' appears two notes earlier. The flat at 'Paulus' appears in Rylands-24:325. In 1508-S:375. 'electiónis' is set CD.F.FGAAGFFED.DCDED.CDE.D. In 1508-S:375. the third syllable of 'glorificándus' appears 5 notes later. 1508-S:375. omits last 13 notes of the final melisma; GS:178. omits the last 33 notes. In the final melisma GS:189. omits the E in the fun FED.

⁴⁵ In 1508-S:375. at c². 'lupo' is set D.F. The edition follows Rylands-24:490. here. In d¹ 'ónoma' is the normal spelling of the greek '*ονόμα*', 'name'. In 1513:9r. 'ánoma' appears; 1508-S:375. has 'ónoma'. Dickinson:690. has 'ónoma' with the note 'ánoma.--13.' In d² '1513:9r. has 'dirum virum virus'. In e². 1513:9r. has 'Spiritálem'. At d¹. Dickinson:690: 'mutáтур', with the note 'mutántur.-92. 94. 97. 98. 13.'

⁴⁶ 1508-S:376.

⁴⁷ In 1508-S:376. 'sancte' is set EFG.FFEF. In GS:178. the last syllable of 'glorificándus' appears 6 notes earlier. In GS:178. 'et doctor' through to the end is transposed up a fifth to the C clef. In 1508-S:376. 'géntium in fide et' is set thus:



In 1508-S:376. the last syllable of 'gentes' appears 4 notes earlier; 'cognovérunt' is set D.DC.DFG.FEFGGF. In 15108-S:376. 'Intercéde' appears thus:



'élégit' appears thus:



⁴⁸ 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:692.

⁴⁹ Dickinson:692.

⁵⁰ In 1508-S:377. 'Amen' is set D.EFEFGF; 'vobis' is set AGAGFGFEFED.ED; 'céntuplum' is set B \flat .AF.A.

⁵¹ 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:692.

⁵² 1508-S:377.

Notes.

⁵³ Dickinson:692.

⁵⁴ 'ita 26. 34. &c. ipsum.--55P. 57.', Dickinson:693.

⁵⁵ 1508-S:377.

⁵⁶ 'múnera.--94. 97.', Dickinson:693.

⁵⁷ Dickinson:693.

⁵⁸ Dickinson:693. has the following note: '*Ita tamen quod idem Gradale post suum Versum repetatur.-Grad.*' However, this sentence does not seem to appear here in any of the three printed graduals.

⁵⁹ 1508-S:377.

⁶⁰ 'ómnia bona', 1526:9v.

⁶¹ 'Vírgine et mártire tua.--94. vírgine tua et mártire.--97.', Dickinson:695.

⁶² 'virginis', 1508-S:377.

⁶³ Dickinson:695.

⁶⁴ 1508-S:377. has 'minor.'